



Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

Parisiis, 1644

VIII. Vt, si presbyter excommunicatus sacrificare praesumpserit,
anathematizetur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

ANNO CHRISTI 397. nis, qui existimant maiores natu vel episcopos, passim vaseque in accusationem pulsandos; debent tam facile admitti, necne? Aurelius episcopus dixit: Placet ergo caritati vestræ, vt is qui aliquibus sceleribus irretitus est, vocem aduersus maiores natu non habeat accusandi? Ab vniuersis episcopis dictum est: Si criminofus est, non admittatur: Omnibus placet.

VII.

* Selabi-
nianus * for. cō-
fensu fui
episcopi Felix episcopus * Selenelitanus dixit: Illud au-
tem vestræ suggero sanctitati, vt si qui pro facino-
ribus suis de ecclesia pelluntur, & ausi fuerint ad
comitatum pergere, aut ad iudicia publica profili-
re, aut forsitan ecclesiæ catholicæ limina contur-
bare, si episcopus vel clericus cuiuslibet plebis, eos
sine * consensu susceperit, de his quid censetis? E-
pigonius episcopus Bullensium regionum dixit:
Si quis episcopus, communionem tenens catho-
licam, huiusmodi homines, vanis blandimentis
incidentes, temere susceperit, sciat cum his se re-
ctissime depravatum vel damnum. Genedius e-
piscopus dixit: Ergo recte suggesterunt fratres & co-
episcopi, vt qui merito facinorum suorum ab ec-
clesia pulsi sunt, si ab aliquo episcopo aut presby-
tero vel clero fuerint in communione suscepti,
refugientes sui episcopi regulare iudicium, etiam
ipse pari cum eis crimine teneatur obnoxius. Ab
vniuersis episcopis dictum est: Omnibus placet.

¶.qu. 3.
Qui merito
fac.

VIII.

¹ Alypius episcopus ecclesiæ Tagastensis, lega-
tus prouinciæ Numidiæ, dixit: nec illud præter-

Cod. Can.
c. 10.

Nnn iij

470 SIRICIVS CONCILIVM ARCADIVS⁷ HONORIVS⁷ IMP.

mittendum est, vt si quis forte presbyter ab episcopo suo correptus, aut excommunicatus, tumore vel superbia inflatus, putauerit separatim Deo sacrificia offerenda, vel aliud erigendum altare contra ecclesiasticam fidem disciplinamque crederit, non exeat impunitus.^m Valentinus prima sedis prouinciae Numidiæ, dixit: Necessario disciplinæ ecclesiasticæ & fidei congrua sunt, quæ frater noster Alypius prosecutus est. Proinde, quid exinde videtur vestræ dilectioni, edicite: Si quis presbyter contra episcopum suum inflatus schisma fecerit, anathema sit. Ab vniuersis episcopis dictum est: Si quis presbyter a præposito suo excommunicatus vel correptus fuerit, debet vtique apud vicinos episcopos conqueri, vt ab ipsis eius causa possit audiri, ac per ipsos suo episcopo reconciliari. Quod nisi fecerit, sed superbia (quod absit) inflatus, secernendum se ab episcopi sui communione duxerit, ac separatim cum aliquibus schisma faciens, sacrificium Dei obtulerit, anathema habebatur, & locum amittat. Nihilominus & de civitate & congregatione, in qua fuerit, longius repelletur, ne vel ignorantes, vel simpliciter viuentes, serpentina fraude decipiatur; quoniam secundum Apostolum: *Ecclesia una est, una fides, unum baptisma.* Et si querimoniam iustum aduersus episcopum habuerit, inquirendum * erit.

I X.

Numidius episcopus * Massylitanus dixit: In quibusdam locis sunt presbyteri, qui aut ignorantes simpliciter, aut dissimulantes audacter, præsen-

Cod. Can.
6. 11.

Ephes. 4.